



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

XI. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

B. Dorothea vidua Pruthena omni vitâ Deiparæ cum primis amans, quæ ei numeroſo Angelorum cœtu ſociata comparuit, & maternis planè verbis afflictam ſolata eſt. A ſeptimo vitæ Anno ad ultimam ſenectam uſque ſingulis ſabbathinis conſtanter in pane & aqua jejunavit. *Bal.* Paucioribus natura indiget, quam putemus.

B. Dorothea ora pro me Deiparam, ut omnia oculis ſuis diſplicitia è corde meo eliminet, cuncta mala evellat, virtutibus impleat, ac inextinguibili ſui, Filiique amore ſuccendat, quo ardeam non ad mortem uſque tantum, ſed in æternum. O Sanctiſſima DEI, & mea, Mater pretioſiſſima! ego N. indigniſſimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te ſaluto: te omni poſſibili omnium poſſibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi uſque ad ultimum vitæ ſpiritum, quantum poſſibile erit, placere & ſervire deſidere. Hoc unum &c. *f. 190.*

Ad quod impetrandum: hodiernum 35. Ave Maria debitum exolvam.

Nunquam fuit aliquis Sanctus, vel Sancta ita affecta ad ſalutem, & omne bonum populi Chriſtiani, ſicut Beatiffima Virgo. *S. Antonii 4. p. ſum. tit. 25. c. 20.*

Quæſtio: An nomen MARIÆ ab Angelo ſit impoſitum? *v. Barrad. to. 1. c. 4.*